

## Advertencias para

in Conuentu Sancti Augustini eiusdem ciuitatis. Religiosissimus pater Magister Alpho-  
sus à Veracruce in suo Cõpendio Indico, ver-  
bo, Absolutio, infine, refert hanc cõcessionẽ  
videatur ibi, & præcipue in Compendio In-  
dico, quod asseruatur in Archiuo Conuentus  
Sancti Augustini.

- 29 ¶ Doctissimus P. F. Ioannes Focher in suo  
Cõpendio priuilegiorum cõcessorum fratri-  
bus Mēdicantibus cõcesso. 4. sic dicit. Fratres  
Mendicantes possunt absoluere õnes secula-  
res cuiuscunq; conditionis, aut status extite-  
rint hic habitates ab õnibus peccatis, etiam  
Episcopis, aut Pape reseruatis, & etiam à ca-  
sibus Bullę Cene Dñi, Quod colligit ex cõ-  
cessis ab Adriano. 6. Clemen. 7. & Paulo. 4.  
Pont. max. Et notat Clemen. Dudum, & super  
Cathedrã, de Sepulturis reuocatã esse per Pau-  
lum. 4. Sed & Gregorius. 13. die. 21. Maij an-  
no Domini. 1575. Pontificatus sui anno. 3.  
denuo confirmauit omnia priuilegia con-  
cessa fratribus Minoribus de Observantia, &  
Monialibus Sanctę Clarę, ac fratribus de  
tertio Ordine; non obstantibus constitutio-  
nibus, Super cathedram Bonifacij & Dudum  
Vienensis Concilij, ac Clementinæ Religio-  
si